



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

3 Junii. 3 Nonas Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

IS

ajebar,
aborem
us sum
ne ad-
am co-
n Apo-
horos.
as, Do-
nimam
andore
abAn-
genarie
crucia-
o post
i quis,
s, non
ndisti;
lami-
ortus,
& cum
eis, i-
à cum
ri sub-
paga-
e, cum
, Ale-
certa-
S. Jo-

III JUNII.

485

S. Joannes de Urticâ, cui S. Nicolaus, patronus tuus, è cælo adfuit, ac te suum, in beatâ perennitate, collegam fore prædixit.

S. Nicolae Staurophore, Crucis semper bajule, qui moriens Crucem viventibus legâsti.

OMNES SANCTI, &c.

Ag. 320.

S. MARIA Silvaducensis, qua an-
tequam quendam, sagittâ vulnera-
sum, persanares, illi apparuisti, &
nonuisti, ut mores patrocinio tuo di-
gnos indueret. Redde me dignum auxi-
lio tuo semper!

3 Junii. 3 Non. Junii.

Sancti fratres, Pergentine, &
Laurentine, qui vosmet invi-
tem, ne præsentia, sed æterna tor-
menta timeretis, hortati, post je-
junium triduanum, in carcere, pa-
ne Angelico, in cælesti luce, ab
Angelis refecti, aperto licet divi-
nitus carcere, fugere noluistis; &
post prunas ignitas, illæso pede
calcatas, plurimis ad Christum ad-
ductis, suavissimis è cælo vocibus,
quibus ad mortem felicem invita-
bamini, auditis, illam læti gladio
subiustis. Amem æterna præ his,
quæ

486 ANNI CÆLESTIS

quæ ad mortem stulta corda invitant; timeam æterna præ his, quæ hîc terrent: & ita ad mortem felicem, ad vitam felicem inviter. Amen.

S. Lucilliane, post ignes crucis affixe.

Sancti quatuor pueri, Claudi, Hypati, Paule, & Dionysi, qui cum Lucilliano in fornacem injecti, sed flammâ imbre extinctâ, vos gladio obtruncati estis.

S. Paula Virgo, dum dictorum Martyrum sanguinem piè colligeres, comprehensa, virgis cæla, igni injecta, sed illæsa, tandem decollata.

B. Isaac, gladio M.

S. Davine Conf.

S. Cæcili Presb. per quem S. Cyprianus ad Christum reductus est.

S. Lipharde, qui orando serpentem immanem crepare fecisti; & magnus vitae spiritualis Magister, ante mortem, beatum esse dixisti, qui suffert temptationem; quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae.

S. Oliva Virgo, quæ angelum satanæ, qui te colaphizabat, pectore ferreis aculeis confixo, viciisti; ac posteà, cælis tibi apertis,

pro-

promicantes indè splendores vi-
disti; auditâ denique Christi voce:
Surge, propera, amica mea! in familia-
tem tibi ecstasim abrepta, visâ ite-
num luce glorię, in illam ingressa es.

S. Crotildis Regina, cuius preci-
bus virtuus, Clodovaeus Rex, ad
Christum conversus est.

OMNES SANCTI, &c.

dag. 320.

S. MARIA, qua scriptis, hoc die,
ad Messanenses literis, benedictionem
illius dedisti, & protectionem perpetuam
promisisti. Benedic, & protege me
semper; ut sim viva epifola Dei mei!
Sim epistola tua, sim civitas tua. Ex-
audi me, Domina, hac petentem; quia
Messanensis tua, à S. Lucā picta, ac
à literis dicta, imaginis vetusta è Gra-
co inscriptio est: Mater Dei, velox
ad audiendum!

4 Junii. Prid. Non. Junii.

Sancte Quirine Episc. cuius car-
cerem cælesti fulgore illustravit
Deus: qui deinde, Deum è corde
tuo nullis eximendum suppliciis,
confessus, ab eodem te didicisse di-
xisti, mortem pro immortalitate
contemnere; qui cùm fustibus cæ-
dereris, negabas te dolorem ullum
sentire;